



Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Hæc Divo, Ista Vivo Patrono Admodum Reuerendo Prænobili ac Gratiioso
Domino D. Anshelmo Casimiro Wambolt Ab Vmbstat Canonico Capitvlari
Metropolitano & Scholastico ad S. Albani Moguntiæ. &c. D. ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233



Hæc D I V O;
Ista V I V O
P A T R O N O
Admodum Reuerendo
Prænobili ac Gratiioso Domino

D.ANSHELMO CASIMIRO WAM- BOLT AB VMBSTAT

CANONICO CAPITVLARI METROPO-
litano & Scholastico ad S. Albani Mogun-
tia. Eccl.

D. P A T R O N O M E O
colendissimo.



*TA, sat noui, ita gaudet Gr. D. V se Viuum ponit post Diuuni,
PATRONVM, quem Ipse iam diu sancte veneratur. Sed ut
ego utrumque venerer, venerationemque hoc exalumizato
Cate. hismo testor non me nihil mouet.*

Op. 2 Ma-



Magnum, & multum Fidei in parvo hoc mouetur Catechismo: quin haec illaue in vocula Tantum quid mouetur. Quantum Magnorum Affectatorum latinus ad Suam Celsitudinem amplius illustrandam facturum putabat. Virum Theologico Cothurno suum Tragicum esse imparem neseiebat. Praesumpcio obsecrabat.

Tantum Tanti tamen tantillus remoto, refuto: Illius ope, qui orbem minimo libratur digito. Adeo omnia vincit Veritas. At tantillum me, qui Tantum attingerem, non Tua quidem volla mouit unquam Suggestio: sed fuit quae benevolentia, qua Beneficentia, uti Doctorum amantissimi Prelati, mens Studiorum numero virorum recensentis, ceu Doctis & indoctis debitorem.

Deinde, cum haec Catholica excaluinizatio requirat legentis iudicium, quidum, doctum, profundum, late longeque dispiciens: Istud tale vero in Gr. D. V. ego cum plurimis semper admiratus sum profundis in rebus Iudicium, ac penetratus multiplex in me Beneficium: e quidem hoc cum libello, tantillo simul. Tanto, ad G. D. V. volui configere Patrocinium, non secularis Brachij, sed perspicacis Iudicij Animique generosè aqui.

Quòd sidentius mibi spondeo, tam Iudicio si Viri, ac D. Patroni Gratiositas naturalem Prudentiam & heroicam Animositatem: tum singularem, altam, multiplicem Scientiam: tum variorum in rebus Sacris, profanis, summis, imis, maliis casuum expeditam Experientiam, facile remederi nosse ac posse: Si quis confusus me Excaluinzationis autorem in aliquid discrimen pertrahere foret atteneratus.

Quod forsitan proclivius fuerit, quia hanc Excaluinzationem Catechetam meis Lutherico-caluinisticis velut colophonem impono. Istam mibi calmo fodicabit nemo: quin simul totam perforet Nauim Lutherico-caluinismi, sepius precipitet in Mare Magnum Controversiarum: quod ostijs ego tam angustis est conclusi, ut in proximi cuiusque Attentatoris caput, ruptis velut cataractis effundam, fatus DEO AC PATROCINIO.

Adm. Reu. Praenob. ac Grat. Dom. Vestræ

*Seruus in Christo ac Cliens
F. Ioan. An. Coppenst.*

CEN-

